rubros formosorum colli inferuerunt. Et merito
quid n. tu Anastaside in rufa barba carpendum
fectos? nonne rubra est? cur ergo displicet? quan,,
tam mortalium dementia! quibus omnia rubra ~~barba~~
probantur, sola rubra barba improbatur: ri,,
det rubedo in Rosa, rubilat in Pyropo, placet
in Auro, in sola barba sordet ac displicet? quid
te offendit rubra barba? in Aurora rubedo
delectat, in sole exhilarat; et cui non sapit rubrum
in vitro aut phiala? in solo mento et barba
nauseam excitat stomachum movet? quid te offendit
~~rub~~ rubra barba? Miraris rubedinem in Cardi,,
nalium petaso, honore prosequeris in Regum
vestitu, in Pontifice magna devotione
veneraris; in sola barba despicis, alludis, con,,
temnis, imo conculcandam putas? quid, per Deum
immortalem, te offendit rubra barba? quid
vitii, quid monstri, quid dedecoris profugit?
quid omnes flagitiosos ipsos procedit, quid comi,,
tatur, quid sequitur? Ex sordibus generatur?
Non nego, at idem et de aliis barbis affirman,,
dum esse dico, quod a. [illegible] in omnibus, cur id soli
rufae dedecori vertitis? Imo si in hac sola